



colorchecker CLASSIC




xrite

mm



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a list or index of some kind.

243



Inc 243

- p. 1 INNOCENTIUS III. - De Miseria humanae conditionis. - Paris [Pasquier Bonhomme], 1480. 4° .
Pell 6300
- p. 2 Stella clericorum [Paris, G. Mittelhus, s.d.).
- 4°. échangée avec la Bibl. nat. en 1895.
Pell 10770
- p. 3 ANTONIUS de RAYMONDIA. - Libellus contra beneficiorum reservationes. - Paris, G. Marchant, c. 1498. 4°.
Pell 9778 = 9779
- p. 4 Laus caritatis. - [Paris, A. Caillaut, c. 1485-90]. - 4°.
Pell 7014
- p. 5 MAGISTRI (Martinus). - Expositio super Salve Regina. - [Paris, Antoine Caillaut, c. 1483]. - 4°.
Pell 7328
- p. 6 GUILLELMUS de GOUDA. - Expositio mysterioremissae. - [Antwerpen, Govaert Bac, post 1500]. - 4° .
Pell 5577
- p. 7 AEGIDIUS DELPHUS. - [Epistola divi Pauli ad Romanos... decantata]. - Paris, J. Bade, 1507. 4°.
- p. 8 ALLIACO (Petrus de). - Meditationes circa psalmos poenitentiales. - [Paris, Antoine Caillaut, c. 1485-90 ?]. - 4°.
Pell 524

- p. 9 [Canones apostolorum] Canon apostolicus qui qua-
gesimus. - Paris : A. Wechel, 1556. - 4°
- p. 10 MAYEUC (Yves. - Questio perpulchra ... - Paris,
Jean Petit, c. 1515. - 4° .
- p. 11 Passio secundum legem debet mori. - S. l. n. d.
Cop. 4622
- p. 12 BONAVENTURA, S. - Soliloquium - Paris, G. Marchant,
[1483]. - 4° .
Pell. 2673
- p. 13 Cordiale quattuor novissimorum. - Genève,
[Jean Croquet, c. 1481]. - 4°
Pell. 5072
- p. 14 NICODEMUS. - Evangelium. - [Köln, Cornelius de
Zyrickzee c. 1499-1500]. - 4°.
Goff N-47
- p. 15 MARCELLUS. - Passio Petri et Pauli apostolorum. -
[Köln, Cornelius de Zyricksee, c. 1499]. - 4°.
Pell. 7527
- p. 16 RICHARD (Pierre). - Contra non recte de ejusdem
beati Petri martyrio sentientes libellus. -
Paris, Josse Bade, 1518. - 4°.
- p. 17 [Recueil de poèmes latins]. 8 ff. mss. 16e s.

XV^e s. n^o ~~243~~
243

243 2^e partie

Stella clerrorum.

clrd. iii 4.

Double du 318. 2^e partie

Echange fait en 1895
avec la Bibliothèque Nationale.



100

100

piece 2. mg de 15 f. blanc.

100

100

100

100

100

CANON APOSTOLICVS QVINQVAGESIMVS.

* in d'is Canonis
Conditio. d' 47.
d' 48.

De vetitis repudiatorum, & diuertentium coniugiis.




PARISIIS.

Aptud Andream Wechelum sub Pegaso, in vico Bellouaco, Anno Salutis.

1556.

OTON APOTON
SVMAS QVINOVA GESSIMS

De virtutibus rephidiatum & disser-
tentium conungis.



PARISIIS

Apud Andream Wechelium sub Regale, in
vico Bellouano, Anno salutis.

1578



Canon Apostolicus

QUINQUAGESIMVS.



De vetitis repudiatorum, & diuer-
tentium coniugiis.

KANON V.

Εἴ τις λαϊκὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναικα ἐκβάλλῃ, ἐτάρω
λαβοί· ἢ παρὰ δόλου ἀφελυμένην· ἀφοειζέσθω.

ζωνάρου
ἱρμυνεία.

Ἐὰν δὲ μὴ ἐκβάλλῃ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα τις, ἔχον δὲ ταύτην παρὰ ἑαυτῶ, ἐτέρω
συμφερίτω· κατὰ μὲν τὸν ἀκριβῆ λόγον, μοιχείαν καλεῖται. ὡς παρὰ καὶ ἡ γυνὴ
ἔαν ἀνδρὶ συζῶσα, ἐτέρω κινή· κατὰ δὲ τὸν πολιτικὸν νόμον, ὡς πορνείων κρί-
νεται· ὧ καὶ ὁ μέγας βασιλεὺς ἐπέμψως τοῦτο φησὶ. εἰ ἀνήρ γυναικὶ συνοικῶν,
μετ' ἐτέρας ζῆντι, πόρνον κρίνομεν τὸν τοιοῦτον· καὶ πλείον ἄνον παρατείνομεν
ἐν τοῖς ἐπιτιμίοις. οὐ μόνον ἔχοντι κανόνα, τῷ τις μοιχείας αὐτὸν ὑπόγειον ἐγ-
κλήματι, ἔαν εἰς ἐλευθέραν γόμον ἢ ἀμαρτία ζῆνται· ὥσε ἡ μὲν γυνὴ ἀπὸ πρ-
νείας ἐπανιόντα τὸν ἀνδρα αὐτῆς, παραδίδέσεται· ὁ δὲ ἀνὴρ τὴν μανθείσσαν, τῆν-
οἶκον αὐτοῦ ἀποπέμψει· τούτων δὲ ὁ λόγος οὐ βέλδιος· ἢ δὲ σωθήσεται οὗτω κα-
κράτηκεν. ὁ δὲ τὴν ἐξ ἀνδρὸς ἀναίτιως ἀπολελυμένην εἰσοικίζομενος, μοιχὸς
ἔστιν ἀντικρὶς, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου ἀπόφασιν τὴν λέγουσαν, καὶ ὁ ἀπολελυμένην
γαμήσας, μοιχεύει.

μοιχεία.
πορνεία.
μοιχός.
πόρνος.

Canon L.

Repudiata mulier, viuente viro, nulli nubere potest: Nec, eâ quoque super-
stite, vir alteram ducere potest: alioqui pelluntur ecclesiâ.

Si quis laicus vxorem suam eiiciens alte-
ram duxerit: aut ab alio repudiatam: com-
munionem pellatur.

Zonare in
terpreta-
tio.

Verum, si quis suam non eiiciat vxorem, sed hanc apud se reti-
nens, cum alia corrumpatur: secundum quidem exactam instamque
rationem, committit adulterium. Velut & si mulier cum viro vi-

uens alteri misceatur. Secundum verò civilem legem, tamquam fornicans iudicatur. Quod etiam magnus Basilius insequens, hoc dicit. Si vir uxori cohabitans, cum altera fuerit, fornicatorem talem iudicamus: Et diutius ipsum producimus ac extendimus in pœnis (id est, maiores in ecclesia pœnas dat). Non tamen habemus canonem, quo mœchia crimini subiiciatur, si sit in non nuptam peccatum. Sicut ut uxor quidem maritum suum à fornicatione redeuntem recipiat: maritus verò pollutam ab ædibus suis excludet. Horum certe ratio non est expedita. Consuetudo vi sic obtinuit. Sed à viro sine causa dimisse cohabitans, Mœchus est manifestè, secundum Domini sententiam dicentem, Et qui repudiatam duxerit, mœchatur. *Zonare sunt hæc.*

Obscuro nihil est in contextu canonis. ἡ πολυμήνην vocant hęc uxorem quam maritus à consortio suo expulit: quæ repudiata est à marito suo. Math. 5. 32. 19. ἡ πολυμήνην γαμήση. ἡ πολυμήνην γαμήσας. & ἡ πολυμήνην γαμήσασα ἀνομιώθη. Repudiare, siue (quod interpret vetus) dimittere uxorem suam. diuertere ab uxore sua. quibus ex locis hunc nostrum canonem cõfirmamus. Ideo citamus. In can. 18. supra vocarunt ἐκβεβημένην. Eiectam. Sed de sensu canonis.

Apostolos docuisse, docendumque per ecclesias Christi mandasse quod hęc traditur, nemo ambiget, qui Pauli verba legerit in septimo capite prioris ad Corinthios epistolæ scribentis, Cõiugibus præcipio, non ego, sed Dominus, uxorem à viro non separari: quòd si separaretur, innupta maneat, aut marito reconcilietur. Et maritus uxorem ne dimittat. Hęc inibi Paulus. Interdicti verò post talem separationem matrimonij causam posuit, Epistolæ ad Romanos capite quoque septimo dicens, Nam quæ sub viro est mulier, viuenti viro alligata est per legem, quòd si mortuus fuerit vir, soluta est lege viri. Igitur, viuenti viro, vocabitur adultera, si se iunxerit alteri viro. Sin autem mortuus fuerit vir eius, libera est iure viri, vt non sit adultera, si fuerit cum alio viro. Hęc insuper ille. Quæ quidem causa non iterandi post diuortium coniugij repetitur ab eodem in fine dicti capituli ad Corinthios septimi. Neque propria decreuit hæc Apostolus auctoritate, sed eius, qui in se loquebatur Christus: à Matheo, Marco, Luca prius promulgatâ lege. Suprà ostendimus dicto canone. 18. Sacerdotibus futuris vetitum fuisse, ne repudiatas ducerent, sed tantum virgines in virginitate sua. Hęc agitur de Laicis.

Ex qualibet mulieris fœditate, id est, qualicûmq; corporis, aut animi vitio, quod oculos offendisset mariti, lex Mosaica maritis permittebat uxores dimittere, modò libellum repudij darent, quem nominant βιβλίον ἀποστάσιον, & ἀποστάσιον. Iustinus apud Eusebium latinâ voce vsus appellauit βεβημένην cap. 17. libri quarti. quod huc etiam valde pertinet. A prioris autem repudio, repudianti marito licebat alteram ducere. Nec etiam repudiata vetabatur nubere. quamquam Iudæorum fœminæ ius repudiadi non haberent: non enim legi: quod habebant Romanæ. Christi verò sanctione decretum, Quisquis uxorem suam repudiarit, & aliam duxerit, adulterium committit. Et qui repudiatam duxerit, is pariter adulterium committit. Et si mulier diuerterit iunctis.

28. q. 1. can.
Sic enim.

cap. 5. 19.
& 10. &
16.
Exech. 44.

Deutero.
24. Can.
Hac ratio-
ne. 31. q. 1.

Math. 19

Quod si se-
pararetur, aut
diuerterit
coniu-
gibus, ad di-
as neutri
licet aspira-
re nuptias.

Iracundia,
libido vel
uaria, con-
iugum di-
uortia quæ-
dam fecit.

Adulterii
modosissimi
separat con-
iunctis.

uerterit à viro suo, & alij nupserit, adulterium similiter committit. *can. caue et*
De paribus hîc sermo nobis est matrimonii, hoc est, vnus religio- *seq. d. 28. q*
nis & fidei nostræ coniugii. Religio namque diuersa ius omne *1. Item, se*
trimonij soluit. Nec obstant inde liberi, nepotésue procreati. *cundi &*

Apud gentiles ac Iudæos repudia viris atque mulieribus erant *3. Esdræ*
quædam velut aliarum nouarum nuptiarum præiudicia. Iuxta illud Iu- *ca. 9.*
uenalis, Sic fiunt octo mariti quinque per Autumnos. quiduis enim
causabantur, quò, qui fastidiebatur alteruter, iustè ac legitimè dimit-
ti videretur. Magis que formam vel dotem mutare voluisse diuer-
tentes istos apparebat, quàm coniugem. Sed vnà fornicationis exceptâ
causâ, Christus diuortium vetat.

Licitè ergo propter stuprum coniux dimittitur: at tamen stabile
manet initum prius connubium: sitque reus adulterij, qui dimis-
sam duxerit, quia non conceditur iteratum coniugium separatis: qui
simul aut in pristinam gratiam, familiaritatemque redire debent, aut
cœlibes, vtroque superstitè, viuere: cum illis enim committitur adul-
terium, quibus, etiam rectè dirempto matrimonio, fuerint copulati.

Græcæ, Latinæque doctores ecclesiæ in hanc fere omnes abiè-
rentiam, vt hominis causam cum muliere (duram quidem illam,
vel apostolis ipsis iudicibus) dicant esse perpetuam quandam, indis-
solubilem, & inseparabilem vnionem, quæ legitimè contracta non
nisi morte dirimi potest. Hoc appellant ipsi vinculum coniugale, ar-
ctissimum aded nexum & implicitum nodis, vt vtròque viuente, ne
ob adulterij quidem scditatem, quâ nulla coniugio magis est con-
traria, rumpi valeat. Habitatio, mutua domi familiaritas, officium,
conuictus, & consuetudo negabitur, siquidem postulet hoc offensus:
vinculum tamen illud diuinum, non soluetur, nec ideo semel initum
lege dei scædus abolebitur: quia non est fas cum alia copulari: nec re-
iecte ius est denuò nubendi. Propterea pereleganter Augustinus in
psalmum. 149. Non duras tantummodo, sed etiam ferreas compe-
des appellauit, quibus alligati sunt, & inuicem restricti maritus &
vxo: quas episcoporum manu consolidatas rumpere nullus mortali-
um potest. Quos enim Deus coniunxit, homo non separet.

Contraria fuit hæresis Ebionitarum, ipsis viuentibus adhuc apo-
stolis. Prioribus enim disunctis nuptiis, qui volebat, alteris copulari *Epiphani-*
permittēbant, ad secundas ac tertias vsque nuptias. Quam sequutos *ius cōtra E-*
episcopos illos non dubito, quos scripsit Origenes se nouisse, qui post *bionæos.*
diuortium permiserant matrimonium scæminis, quæ à viris suis di- *To. 2. lib. 1.*
uerterant. Id autem factum dicit contra Domini, Paulique præce-
ptum. homiliâ in Mathæum septimâ. Fabiolam Romæ ditissimam *Epist. plu-*
nobilissimamque scæminam scripsit Hieronymus ad Oceanum, de- *res anni*
pulsam communionē fuisse ab episcopo, totaque vrbe spectantē Ro- *sunt. To. 1.*
manâ, publicam extra ecclesiam egisse pœnitentiâ, quò secundum
fortita matrimonium, prius reliquisset, nec viuente viro priore, à quo
diuerterat, in nupta permanisset. Antiquorum patrum iudicia vide-
mus ad nostris canonis præscriptū facta. quò palam fit Apostolos hîc
ipsum posteris seu per manus tradidisse.

Quòd autem Paulus præcepit vxoribus, Vt soluto matrimonio, *Can. præ-*
non nisi post viri dimissi mortem nubât, ad maritos quoque suarum *cepit. et seq.*
coniugum repudiatōres pertinet. Quòd enim scæminis non licet, æ- *32. q. 5.*
què non licet viris (ait Hieronymus) sed eadem seruitus pari condi-

*Clavis ada
mâinis at-
que ferreis
(qui ne-
queât auel-
li, scilicet)
fixi sunt in-
uicem con-
iuges.*

*Heretici
diuortia, di-
uertentiū-
que pro libi-
to coniugia
scæcūta per-
mittunt.*

*Vxor adul-
tera nõ est
dimitteda:
et vir mœ-
chus retinẽ-
dus.*

Can. Idolo
Iatria. 28.
q. 1
 rione cēsetur. Apostolus ait, Maritus vxorem ne dimittat. Hic in primis euāgelicam subaudimus exceptionem. Nisi propter adulterium si modò velit, nec enim iussus est. ait Augustinus. Deinde generalius Apostoli verbum apostolico nunc astringimus canone, præcedentia (quod vsu sæpè venit in legū scriptoribus) in sequentibus intelligentes esse repetita. Maritus vxorem ne dimittat: & si dimiserit, aut dimissæ coniugi reconcilietur, aut in coniugatus maneat, alteram verò si duxerit, *ex populo dno.* foras eiectus ab ecclesia dissocietur. Nam, quæ ratione adultera est mulier repudiata, nubens alteri, priore suo viuente viro: eadem quoque ratione vir eius post diuortium mœchatur: quia perseuerat expullâ eius vxor esse, qui eam expulit, etiam iure. Dominus enim, nullâ exceptione factâ, dicit, Si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur. Et omnis qui dimittit vxorem suam, & ducit alteram, mœchatur. Lucæ. 16.

Cap. 6. de
eo qui cog-
no. cōsang.

L. si vxor.
§. Index.

L. 1. ff. de ri-
tu nup.

Can. Vxor.
et §. Sed
illud Am-
brofii.

To. 6.

Epist. 112.

Certè lex Cæsarum (cuius Vlpianus thraufmâ duntaxat adducit) vt mulieris, ita mariti punit adulterium, qui viuens impudicè non fuit author vxori bonos mores colendi. quod est in 48. digestorum *Inter viri* libro, ad legem Iul. de adult. Integram legem citat Augustinus *et muliere* ex Gregoriano. cap. octauo libri secundi de adulterinis cōiugiis. Quod par *in ea lege* cauerur, id Imperatoris Seuerus pater & Antoninus *Ca tie foma* racalla filius (in Augustino corruptè legitur Antonius) Eupasiæ mari *seruari* ro rescripserunt, vxorè suam propter adulterium volenti repudiare. *bet.* Quò referendum quoque putarim & aliud eorundem rescriptum ad Calsiam de mariti stupris conuerentem. anno 198. I. I. C. ad leg. Iul. de adul. Quod transiens attigi, vt in hisce rebus agnoscamus apud gentiles vbique tam viro quam mulieri par & æquum ius fuisse. Quandoquidem, Nuptiæ sunt apud illos etiam, humani diuinique iuris communicatio.

Ambrosium quidam putarunt aliter sensisse: qui repulsas à maritis vxores peccantes veruerit in nouum coire matrimonium: quod maritis tamen indulget, quia non ita viri constringuntur lege, sicuti mulieres, ait. Hoc planè totâ ratione pugnat cum canone nostro, & omnibus refragatur ecclesiæ dogmatis hæcenus receptis, vt vix credibile sit Euāgelicum disputatorem (quem vocat Augustinus) talia docuisse, quæ scripta legimus in ipsius commentariis, in supracitatum septimâ causâ trigessimâ secundæ, super hac re disputat. A de *Errant, qui* prauatoribus illa refert indita fuisse libris Ambrosianis: & aliam de *putant Am-* incesto coitu, de mulieris & viri nomine comminiscitur adhuc solu *brofium, et* tionem: nihil non versans, & concedens omnia potius, quam tantæ *is de quibus* sanctimonix virum in ea fuisse opinione. Quod etiam (quæ fuit in *et firmius* catholicis istis disceptationibus vehementiâ) taciturus non erat Au *pu dicitur* gustinus in illis duobus non paruis voluminibus de cōiugiis adulte *uexibus ob-* rinis ad Pollëtium, si quid eiusmodi scripserit Ambrosius: cuius a *struunt* lioqui laudes & sententias passim decantat, & profert, ac etiam li *uiri.* bens amplectitur, non tanquam plantatori (prout alicubi testatur) ac rigatori suo nimium fauens & addictus, sed quia veritate sola, non etiam dicentis autoritate nitantur.

Non plura de Christianorum coniugum diuortii atque repudiis: quorum (penè dixerim) Labyrinthus inextricabilis est. In Euangelicis, in Apostolicis literis, in harum quoque tam græcis quam latinis tracta

tractatoribus innumera super his à principio prodita leguntur: post
 quæ tamen Augustinus quotidie nasci de coniugiis quæstiones &
 obscurissimas & implicatissimas scire se, sentireque proficitur. Sat
 igitur ex illo fuerit in summam colligere quæ propius attinent ad
 canonem nostrum. Mulier alligata est, quando vir eius viuit: ergo
 consequenter & vir alligatus est, quando mulier eius viuit. Hæc alli-
 gatio facit, vt aliis coniungi sine adulterina copulatione non possint.
 Ambo siquidem rei sunt, ambo damnandi sunt: & quæ nupsit, viuo
 marito: & qui duxit eam, cui viuit maritus.

Matrimoniorum diremptores, aut verius, proditores, & magni
 Sacramenti prophanatores, ne quid antiquorum malorum publicè
 nunc deesset, infelix hæc ætas habere quoque narratur: qui tam le-
 uiter impij facti, quàm turpiter impuri aduersus hanc Apostolicam
 disciplinam, contra Christi, Paulique doctrinam, coniugia disun-
 gunt ob sterilitatem, propter verbera, propter longiorem coniugis
 absentiam, diutinam infirmitatè, si quid etiam capitale sit admissum.
 Breuiter, sublatum pridem iudicium de coniugatorum moribus (vt
 omnia) renouantes. Factà insuper ita solutis licentiã, vt possint ad a-
 liud quodlibet migrare matrimonium. Quæ si christiana sunt diuor-
 tia: Et quæ sequuntur postea, si vera sunt matrimonia, certè Caruilios,
 & Papinianos, & Vlpianos hic fecisse atque dixisse Christo consenta-
 nea prædicandum nobis erit. Longè tamen aliter hoc agenti Hiero-
 nymo visum: cui sui temporis principum catholicorum (quales vi-
 deri uolebāt) statuta de repudiis non placuerunt. Sic enim scribit de
 secundis istis coitionibus lege Romanã permissis. Aliæ sunt leges
 Cæsarium, aliæ Christi: aliud Papinianus, aliud Paulus noster præci-
 pit. & ea quæ sequuntur in epitaphio dicto Fabiolæ.

Syncerè Christianis dubitandum non est illam de diuortii con-
 stitutionem iunioris Theodosij & Valètiniani tertij, viginti post an-
 nis à defuncto Hieronymo, & ab Augustino, decem (propositam
 scilicet anno 451.) placitis Apostolicis omnino pugnare. Legem pari-
 ter Anastasij, quam tulit anno. 449. Et eam, quam postea tulit Iustinia-
 nus. anno. 530. Vt enim aliquas ob causas (grauisimas illas adhuc
 & momentosas) Ecclesiæ Christi præfecti nonnunquam dissociare
 possint, quos Christus sociarat, internexos tamen inuicem soluere
 non possunt. Cohabitationem (dico) disparare, cohabitationis ius,
 id est, matrimonium distrahere nequeunt, & de matrimonio facere
 non matrimonium: quod à principio fuit institutum citra quancum-
 que separationis permissionem. Vsq; adeò fœdus illud nuptiale
 cuiusdam sacramenti res est, vt nec ipsa separatione irritum fiat. Hoc
 diuus August. cap. 7. de bono coniugali. Discât igitur Christiani con-
 iuges ex sententia Christi, alter alterius onera portare, sibi que post
 lapsum (si quis acciderit) mutuo dicere, Pars animæ dimidia mee, noli
 amplius peccare. Mihi dices. Qui tenet adulteram, insipiens & im-
 pius est. ἀπὸ τῆς ἁπορίας. Prouerb. 18. Vera quidem narras. Hunc
 certè lex & scriptura condemnat. Et quæ gens vnquam probauit vxori
 sue lenonem? Sed adultera non est amplius deputanda, quam tur-
 pitudinis admixtæ pœnitet: quæ flens & erubescens audiuit à Domi-
 no, non ego te condemnabo, mulier. Io. 8. cap. Quis non intelligat
 (vt ait Augustinus) vxori maritum debere ignoscere, quod ambo

C. de Re-
 pud. et iu-
 dicio de mo-
 ribus subla-
 to.

L. 8. & 9.
 l. vl. C. de
 Repud.

d. To. 6.

Augusti.
 lib. confes.
 in To. 1.

Can. quod
 autem 32.
 q. 1. can.
 Ego dixi.
 34. q. 1.
 c. 2.

Gnostici, ve-
 lut omnia
 Sacramenta,
 sic etiã ma-
 trimonia
 prophana-
 runt.

Multæ Re-
 gum leges
 de repu-
 diis pu-
 gnât cum
 legibus
 Christi.

Vxori pœ-
 nitenti ma-
 ritus de-
 bet adulte-
 rii veniam
 facere.

Can. A.
pud' mife-
ricordem.
§. publico.
32. q. 1.

rum Deum videt ignouisse:

Lex certè Iulia, quæ est in Gratiani quoque decretis, statuit, quod refert hîc Zonaræ, Vxoribus accusandi maritos adulteros minimè ius esse, imò, ne de violato quidem matrimonio conquerendi. quod est concessum viris. Legem non suavit æquitas, ad eò feminis iniquã, sed impotens maritorum Zelotypia. Non enim iam videntur coniuges, pari, puta, iugo ligati. Nuptas quidem mulieres *ἰπείδητος* scriptura nominat, viro subiectas. ad Rom. 7. Dixit enim Creator, Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Sed sic dominatur, vt etiam mulieri mutua dederit in mariti corpus dominationem. Vnde lex quoque nôstra querelam tribuit eidem contra delinquentem. Non ad criminis quidem pœnam publico iudicio persequi poterit adulterum vel scortatorem maritum, nec audietur accusans, nisi ex causis receptis. Attamen verecundè exostulans de sæuitia, duritia, vel obscœnitate mariti admittetur: & ab improbo, lasciuoq; per diuortium separari iuste postulabit. Hoc iure scimus olim p̄sicos Ecclesiæ patres vsos ex Eusebij nunc historia citata. Fabiolæque repudium sic excusat Hieronimus. Post Basilium, cuius tempore lex illa Iulia seruabatur in Græcia, non plus annis quadraginta latam contrariam legimus in Iustiniano. codice. Titul. de Repudiis.

CANON QVINQVAGESIMVS
primus.

*Quòd à nuptijs & carnibus, velut inquinanti-
bus & malis rebus, non sit abstinendum.*



A

